Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1581
Quelle:
Copyright:

Cholericum. *Hirſutus fallax iraſcens prodigus audax*
Aſtutus gracilis ſiccus croceique coloris.

Phlegmaticum. *Hic ſomnolentus piger in ſputamine multus*
Eſt hebes huic ſenſus pinguis facies color albus.

Melancholicum. *Humidus et triſtis cupidus dextraeque tenacis*
Non expers fraudis timidus luteique coloris.

L. V. c. 36. *Cor ſapit. pulmo loquitur. cogit amare iecur.*
Splen ridere facit. alit ſanguis. fel mouet iram.

L. VI. c. 6. *Femina fax ſathane. roſa fetida. dulce venenum.*
Una manus riſum femine, fert altera fletum.

Eod. ad c. 16. 17. 18.

In clauſtro Chriſti ſemper ſunt quattuor iſti
Cum Ihesu Judas, cum Simone fur Ananias. —
Tu ſervire mihi ſi vis, promittere debes,
Ut non ſis dominus, medicus, propheta, ſacerdos. —
Tu mihi qui ſeruis, dabo, quod vis, ſi bene ſeruis.
Si ſeruis, quod vis, dabo, quod uolo, non dabo, quod uis.

Ad c. 20. *Eſcas preſentes benedic Deus et comedentes.*
Potum ſeruorum benedic Deus alme tuorum.
Thau ſuper hunc poſtem ſignatum terreat hoſtem.
Hoſpitii rector ſit ſemper fortis ut Hector,
Sit ſemper ſanus ut quondam Matuſolanus.
Cum tibi prebemus leto vultu quod habemus,
Dicas eſſe ſatis, quod conferimus tibi gratis.
Contra quis hoc dictum nummum petit uel amictum,
Non ſit delictum, ſi quis ſibi porrigit ictum.

L. XVII. c. 124. *Si de fronte pirum, pomum de ſtipite radis,*
Ruſticitate tua dignus ab urbe cadis.

L. XVIII. ad c. 38. laudatur *Equus habens caput ſiccum ut Lucius, dorſum planum ut Anguilla, pectus latum ut Leo, gracilia crura ut Ceruus, culum amplum ut Femina, oculos claros et ſiccos ut Catus.*